

Z1. 1718, 25
23 6.
DIVINA ANNUENTE GRATIA
DISSERTATIONEM INAUGURALEM

DE

JURE CIRCA ENCÆNIA TEM- PLORUM,

Kirch - Meyhen /

P. 367.
*AMPLISSIMI JCC. ORDINIS PERMISSU
IN HAC ILLUSTRI ET PERANTIQVA UNIVERS-
SITATE ERFURTensi
PRO SUMMIS IN UTROQVE JURE HONO-
RIBUS, PRIVILEGIIS ET INSIGNIBUS
DOCTORALIBUS
RITE CONSEQUENDIS
SOLENNI ERUDITORUM VENDILATIONI*

SUBMITTIT

OTTO SIGISM. MAURITIUS
von der VENNE,

DIE XXX. MARTII ANNO M DCC XIX.
HORIS LOCISQUE CONSVENTIS.




*ERFORDIAE,
TYPIS JOH. HENRICI GROSCHII, ACAD. TYPOGR.*

Digitized by srujanika@gmail.com

Digitized by srujanika@gmail.com

[View Details](#) | [Edit](#) | [Delete](#)





PRÆLOQVIUM.

Vocunque nos convertimus, sive privati, sive publici Juris scientiam percurrendo, experimur in omni Juris genere, VIROS antiqui quam moderni temporis clarissimos ingenia jam exercuisse sua, ita ut, testantibus tot tantisque Jurium Voluminibus, vix quid, quod non scriptum sit, scribi possit. Verum enim vero experientia etiam docemur, quasdam Juris materias. vel adeo parce, vel adeo sparsim, imo, ob partium affectionem Viros in omni studiorum genere alias versatissimos in diversum saepius a recti tramite rapientem, interdum valde converse tractatas esse. Exemplum nobis praebent JURA CIRCA TEMPLORUM ENCAENIA, quae lingua nostra vernacula, vulgo vocamus Kirchweyhen. De his namque Doctores varia quidem sed per pauca consignarunt, qui tamen non scilicet locis aequae ac sententiis mirifice variant, sed & materiam hanc nobilissimam



pro merito vix satis ita explicarunt aut excoluerunt, ut accuratiorem disquisitionem non mereatur. Sic in specie quidem HENRICUS LINCKIUS JCCTUS & Professor Altdorffinus, dum in vivis erat, clarissimus (quem solum inter tantos & innumeros Jurium Magistros, singulari Tractatu Encænia Templorum exornantem deprehendere mihi licuit) in Discursu suo Academico multa, lectu quidem dignissima, congesit, magis tamen, prout ipsa indicat rubrica, & ex diligentí lectione constat, canonice pertractavit, vixque unum vel alterum, summo quasi digito, attigit, quod ad usum nostri temporis spectare posít. Quæ cum ita sint, operæ pretium mihi videbatur, seposita alia Juris Civilis materia, quam circa Inauguralem conscribere Dissertationem jam occupatus eram, specimen legitimum de JURE CIRCA ENCÆNIA TEMPLORUM elaborare, & quæ de his hinc inde scripta reperire mihi licebit, penitus paulo expendere, diligenterius perscrutari, plura addere, & quantum posibile, jura circa *Encænia* occurrentia, maxime verò ea, circa quæ gravissimæ quotidie concertationes, tantæ rixæ, tanta iurgia atque Cædes interdum, Dominos inter superiores hinc inde quotidie exoruntur, in Compendium redigere. Ut autem certa methodo labor hic meus exponatur, in duo Capita illum distribuere mihi placet, quorum primo *Jura Encæniorum in genere*, secundò vero Capite *Jura circa Protectionem Encæniorum* se præsentabunt. Aggredior itaque ASSISTENTE DIVINO NUNCI

CAP.

CAPUT I.
DE JURE ENCÄNIORUM.

I.

Et primò quidem ad exemplum omnium ferè JCTOTORUM de Onomologia & Origine Encæniorum , brevissimis tamen , quadam dicenda sunt. Habet autem vocabulum Encæniorum natales suos à græco verbo ἐνεκάνια , quod ab eis & novi operis memoriaz dicatum significat , teste CORNELIO SCHREVELIO in lex. grec. lat. bac voce. Quamobrem , quia , quandocunque novum aliquid fuit dedicatum , Encænia vocabatur , in græcis & latinis historiis non solum festa anniversaria urbium conditarum sæpius denotantur per Encænia , sed & , cum olim ædes maximè sacra dedicabantur , fiebat , ut Encæniorum vocabulum dedicationibus templorum , quam maximè etiam applicaretur. Sicque Encænia templorum nihil aliud sunt , quam feriæ in memoriam fundatæ Ecclesiæ cuiusque loci celebrandæ , HILDEBRAND de sac. vet. eccl. cap. ult. JOH. SCILTER Inst. Jur. Canon. lib. II. tit. I. §. XIII. vocanturque etiam festi dies initiales , nimirum dedicationis templi. Festa anniversaria templi , item Renovalia , germanicè Kirchweihung à Kirch & Weyhen compositum , quod apud Germanos veteres idem significabat ac sacrare. Item Kirchmeß / Kirmeß / Kerneß , quia hisce diebus ex antiqua observantia semper habentur mercatus , nundinæ , quæ vocantur Messen.

II. Horum originem inter Christianos à temporibus Constantini Magni dicit HENR. LINCKIUS Tract. Acad. de Encanis Templorum , Part. III. num. 7. ex ratione , quod primus ille , ad exemplum Salomonis templum Hierosolymitanum , non solummodo concionibus precibusque pro salute Ecclesiæ & pace Reipublicæ conceptis , circa annum Christi CCCXXXV. dedicaverit , sed & tempus constituerit annum , quo memoria beneficii hujus innovaretur , DEOque pro concessâ Ecclesiis pace agerentur gratia ; atque

atque deinde paulatim cuiusvis templi natales vel Encænia in Ecclesiis & Parochiis anniversaria solenniter celebrari ceperint, usque dum à Jure Canonico *Can. solennitatis 16. de Consecrat. diff. 1.* confirmata fuerint, ita, ut illo die, qui fuit initialis dedicationis templi, quotannis celebrentur. Et sicuti Rex Salomon post peracta Encænia Proceres & collectam multitudinem lauto exceptit epulo; *i. Reg. 8.* ita etiam testante LINCKIO c. l. n. 10. apud Christianos inolevit, ut in Encæniis suis, ubi sacrificia labiorum laudum & precum DEO immolassent, hilariter viverent, illumque diem festum solemnii honorarent epulo. Hacque de Origine dixisse sufficiant.

III. Pergo itaque ad finem & modum celebrandi Encænia: Hunc quod concernit, ille, ut ex dictis est colligendum, consitit in eo, ut 1) sacra liturgia DEO gratiæ agenti pro fundatione & conservatione Ecclesiæ illius loci, & 2) ardenter petamus votis, ut in postremum quoque se talem præbeat DEUS, qualem se anteа præstítit, utque 3) testemur, nos vero desiderio teneri futorum Encæniorum in vita æterna, ad eaque nos poenitentia & fide præparamemus, & ultimo convivia celebremus. *conf. CHRIST. PELLERUM in Annot. ad Cap. Klock. Tract. de Aerario Lib. II. Cap. I. n. 1. & JOH. SCHILTERUM in Instr. Jur. Canon. Lib. I. Tit. I. §. XIII.*

IV. Quemadmodum autem omnia bona instituta sepiissimè in abusum veniunt maximum; ita etiam consuetudine factum, ut neglecta sape vera ratione & fine Encæniorum Baccho potius potationibus, Cereri commensationibus, Veneri lascivis saltationibus sacra celebrentur, ut sunt verba laudati LINCKII c. l. n. 10. in fin. Nam peractis DEO laudibus & concionibus sacris rustici præprimis Baccho litant, & justa persolvunt, integra dolia evacuando, amicos acerendo, sicutque Encænia celebrando, CHRIST. BESOLDIUS Thesaur. præd. adaud. & contin. voc. Birch-Weyh / PAUL. MATTH. WEHNER eadem voc.

V. Quæ nimia Commessiones verò, cum sint Reipublicæ pernicioſissimæ, & pessima sape inde oriuntur scandala & mala, ideo non solum per RECESSUM IMPERII
de

de anno 1530. tit. vom übrigen Kosten der Hochzeit ic. egregie
 sancitum est, ut quilibet in suis territoriis hisce sumptibus
 modum & finem, adiectâ poenâ in transgressores, impo-
 nat: Verba hujus reformationis politica sunt hæc: Nach-
 dem auch mit Gastungen und Schenkungen zu Hochzeiten,
 Hingaben / Kind, Tauffen / Kind, Betteln / Fasnacht / und
 dem Begräbnissen, Kirchmessen / viel übrigis u. kosten gemacht
 wird / welches zu merklichen Nachtheil gemeines Augens / je
 länger je mehr beschwerlich erwächst und zunimmt. Damit
 aber solches desto füglicher und daß abgesetzlt und gebessert wer-
 den mög: so ordnen / sezen und wollen wir / hiemit ernstlich ge-
 bietet / daß ein jeder in seinem Erbstenthum / Grosschafft /
 Herrschaft / Obrigkeit und Gebiet / die obgemeldte Kosten der
 Hochzeiten / erster Mess / Kind, Tauff / Kind, Bett und Kirch-
 messen abstelle / auch demselbigen eine ziemliche gute Ordnung
 mache / und daß solches alles mit daran gesetzten Bussen und
 Straffen unanlässig gehandhabet werde / sed & in ORDINA-
 TIONE POLITICA de anno 1577. tit. XVII. §. I. & IV.
 idem repetitum legimus. Et sane in unaquaque bona Re-
 publica hujusmodi Encaniorum celebrationes, si non plane
 abrogata, ut de Ducatu Saxo - Viniariensi eloquitur ORDI-
 NATIO ejus POLITICA de anno 1589. ibi: Darzu wollen
 wir / daß alle Kirchmessen / Kugelley ic. in den Städten / Märk-
 ten / Flecken und Obrüfern zu Vermeyndung des übrigen Ver-
 thuns und Verschwendens / auch anderer daraus wachsenden
 Untrechigkeiten hinsürter gantzlich sollen abhaethan und weiter
 nicht gehalten werden; tamen, ut nimius abusus & excessus,
 omnesque lascivorum congressuum occasiones, & inde me-
 tuenda mala præscindantur, à dominis territoriorum ad cer-
 tum modum & tempus laudabiliter restrictæ & determina-
 tæ sunt; idque sub poena in transgressores statuta. Ut de
 Electoratu Saxonico ex ordinatione politica novissima tit. XX. &
 de Ducatu Saxo - Gothano ex Ordinatione ejus Provinciali part.
 II. tit. XV. jam demonstravit Dn. LINCKIUS in laudat. disput.
 part. III. num. 19. seq. quo, brevitatis causâ, & ne actum age-
 re videar, me remitto, & inter ceteras Constitutiones poli-
 ticas

icas aliarum provinciarum unam adhuc, ORDINATI-
NEM nempe POLITICAM BRANDENBURGO-BARU-
THINAM de anno 1672. proferre mihi placet, ubi tit. XIX.
Von Kirchwey, Fägen oder Kirmessen/ hinc in modum san-
cicum inventus: Nachdem auch bey Haltung der Kirch-
Weihen/ oder Kirmessen/ nicht allein grosser Übermaß an Rost
und Frant/ davon mancher sonstens etliche Wochen sich zu er-
halten hätte/ aufgewendet/ und grosse Schwelgerey/ insondere
heit auf dem Lande/ getrieben/ sondern auch dabei allerhand
Doppeln und Spielen vorgenommen worden: So befehlen wir
hiermit ernstlich/ daß hinsüber/ bey den Kirmessen/ keiner in
Städten und auf dem Lande/ über drey oder vier Personen/
und zwar auf einen Tag zu Gäste lade/ auch über zehn Uhr des
Sommers/ und neune des Winters/ solche nicht gastire/ dar-
bey über drey Gerichte/ nebenst einer Nach-Tracht von Kuchen/
Butter/ Käse und Obst/ nicht ansetze/ bey E stroße fünf Gü-
lden. So auch jemand ungeladen sich bey einem/ auf dem Kirch-
weyh- Tag zur Mahlzeit eintringen/ und demselben beschwer-
lich seyn würde/ welches aber einem jedwedern verbotten/ so soll
ein solcher ungebetener Guest ebenmäßig um fünf Gulden ge-
strafft werden.

VI. Cum etiam ex supra allegato Can. *solennitatis. 16.*
de Confecr. diff. 1. constet, illo die, qui fuit initialis dedicatio-
nis templi, Encænia quotannis esse celebranda, hinc fluit,
quod, quemadmodum non omnia templa diebus dominicis
sunt fundata, ita nec memoriaz istis die dominicâ instituen-
dæ sint. *conf. CONCIL. CABILON. c. XIX. MOGUND. c. V.*
BASIL. sess. 21. ab JOH. SCHILTERO supra cit. loco allegata.
Quod si autem dies initialis dedicationis templi fuerit dies
Dominica, an hoc tempore finitâ liturgiâ Encænia celebrare
& commessions nundinasque instituere liceat? quæstio-
nis est. Et respondetur, licet neque jure divino neque le-
gibus civilibus hujusmodi commessions prohibita sint,
rectius tamen non permittuntur, quia ante finitam litur-
giæ preparatoria plerumque fieri solent, quæ impediunt
lacram liturgiam, & profanationem Sabbathi pariunt, quare
etiam

etiam boni & pii Principes hujusmodi commissationes cum nundinis in alium diem non Dominicum recte transtulerunt, ut in supra laudata ordinatione provinciali Saxo-Gothana non modo sanctum reperimus, sed & in Burggravatu Norimbergensi inferiori per speciale Rescriptum vulgo Ausschreiben idem clementissime est constitutum.

VII. Cæterum, cum ex allatis jam constat, quomodo Encænia sint celebranda, nunc porro queritur, cui nam competit facultas instituendi Encænia? ad hanc questionem respondeo, quod soli Principi ac Domino territoriali competit. Sic enim ex Superioribus notum est, quod Rex Salomon Encænia ordinaverit, & Constantinus M. ad exemplum Salomonis primus inter Christianos ea instituerit. Et recte; sive enim Encænia accipiuntur pro diebus festis, sive intelligentur nundinæ, (quæ licet inter se differant, cum nundinæ sint commercia, Encænia vero sint sacra memoria foundationis ecclesiæ, iisdem tamen ferè semper sunt annexæ, *cf.* JOH. SCHILTERO *cit. loc. in not. a.* PAUL. MATTH. WEHNERO *voc.* Kirchweyh/ & *voc.* Weß) illorum institutio, tanquam Jus Majestatis, saltem Dominis superioritatem territoriali habentibus competit. Ut de diebus festis G. A. STRUVIUS *Exerc. V. th. XXXVI.* HENR. HAHNIUS *ad π. Weisenb.* tit. de Feriis num. IV. ad verba, etiam bodie Magistratibus. HERMAN. VULTEJUS *de Judicis Lib. II. Cap. VII. num. 317. seq.* THEOD. REINKING *Lib. III. cl. I. Cap. II. num. 4.* De Nundinis verò NIC. MYLERUS *ab Ehrenbach de Princip. & Stat. Imp. Part. II. Cap. LVIII. §. 1. P. M. WEHNERUS in Obs. Praef. voc. Weß.* CHRIT. BESOLDUS *in Thes. Praef. voc. Weß.* ANT. GUIL. *Eretel in aur. prax. de Jurisd. infer. Lib. II. cap. I. Observ. IV. pag. 12.* JOH. LIMNAEUS *de Jur. publ. Lib. IV. c. VIII. n. 311. & 312.* aliquæ omnes testantur.

IIX. Diectum est Encænia esse dies feriatis, jam autem Jurisperiti sciunt, à necessitate comparandi in Judicio excusare ferias, non solum divinas, verùm etiam humanas, ut patet ex tot. tit. ff. & Cod. de Feriis, quæro itaque an etiam tempore Encæniorum partes immunes sint à comparitione in

Judicio? & respondeo quod sic; quia 1) dispositiones legum sunt generales, & 2) beneficia, legibus proposita, quā amplissime sunt interpretanda, L. III. ff. de Conf. Princ. 3) quia illis temporibus, quibus Encanii celebrantur, omnia sunt plena latitiae, feriæque in omni hilaritate consumuntur; in judicis contra omnia severè peraguntur, & latitiae interdum in Judicio, vel ex pectore partium planè expelluntur, vel saltem minuuntur, quod vero admodum durum esset, cum potius Encanii omnes frui debeant, & hoc insuper 4) ex Leg. VII. C. de feriis liquidò est probandum, ubi Imperatores diebus feriatis, in quibus jura debent differri, natalitios dies urbiū maximarum Romæ atque Constantinopolis adjecerunt; Si vero hisce diebus jura sunt differenda, cur non etiam durantibus Encanii, utpote quæ meritò præcedunt illis, cum his celebrentur dies natalitii templorum, Deo dicatorum.

IX. Si igitur Judex hisce diebus post peractam liturgiam procedit, atque jus dicit, altera nunc exoritur quaestio, an sententia ejus lata sit valida? & respondetur ad hanc quaestionem ex Leg. I. & VI. ff. de feriis, quod si partes feriis renunciaverint, & Judex sententiam præsentibus & sponte litigantibus illis dixerit, sententia valebit. Si vero partes illis non renunciaverint, & Judex sententiam invitâ alterâ parte nihilominus protulerit, illa nullius erit momenti, neque enim Prætoris factum juri derogare oportet, cum sit minister legum. Nisi sint causæ fiscales & publicæ Leg. V. C. de feriis, vel tales, de quibus in cit. Leg. I. in fin. & duabus legibus sequentibus Cod. eod. cautum est; in his enim citra renunciationem partium in Encanii non minus ac aliis diebus feriatis Judex procedere, & jus dicere potest.

X. Et quia, ut supra memoratum, tempore Encaniorum, plerumque mercatus celebrantur, (de quorum originaria occasione adeundus est HENR. LINCKIUS c.l.num.22.) hinc quoque sequitur, quod illis temporibus non solum mercatores, verùm etiam ob commerciorum usum, qui non minus emtores quam venditores requirit, alii ad nundinas Encan-

Encaniorum confluentes plenam securitatem habere debent. JOH. BRUNNEM. ad L. un. C. de Nund. quæ primariò in his tribus consistit, ut detur personis cum mercibus 1) innoxius accessus, seu viarum publicarum securitas, 2) innoxia commoratio, ne ob debita privata tum temporis arrestentur, aut merces eorum sequeantur. L. un. C. de Nundin. & 3) innoxius recessus, quia alias nihil juvaret securus accessus & commoratio, si non securè quis possit redire, non enim venit securè, qui nequit securè recedere. Quæ securitatis præstatio tamen non est extendenda ad eos, qui primo debiti publicum contraxerunt, vel 2) hisce privilegiis sponte renunciarunt, aut 3) se indignos reddiderunt, quales sunt exules & proscripti, malitiosi decoctores, & qui aliud aliquid crimen commiserunt: ratio autem prioris consistit in hoc, quod solutio debiti publici primariò respiciat favorem & utilitatem Reipublicæ, contra utilitatem verò hujus esset, si mercantes ratione debiti publici non possent arrestari, & consequenter legislatores legibus suis non consuluisserint reipublicæ, cum tamen privilegio, vel rectius jure hoc singulari, ratione debiti privati mercantibus concessò, consulere voluerint; Ratio vero posterioris hæc est, quod quilibet favori & privilegio pro se introducto possit renunciare, & ultimi, quia privilegio gaudere non oportet, qui se omni privilegio indignum reddit per Leg. XXXVII. §. 1. ff. de minorib. Leg. XV. C. de Judic. Scitu tamen necessarium hic est, quod sicuti hujusmodi nundinæ non sunt solennes, ab Imperatore per totum Imperium privilegiataz, sed minus solennes & annales; ita saltem illo in territorio, de quo est locus, quonundinæ encaniorum habentur, non vero in territoriis Statuum Imperii vicinorum, ante recensita privilegia mercantibus competere debeant, ut tradit HENR. COCCEJUS in Jurispubl. prud. cap. XXIII. s. et. I. §. 10.

XI. Tantum hoc capite de Juribus Encaniorum generalibus proponere constitui; quemadmodum etiam instituti mei ratio in præsens prolixiorum me esse non patitur, cum primis, quia majora adhuc peragenda supersunt, jura nem-

pe circa protectionem Encæniorum, utpote quæ caput rei
hujus dissertationis constituant. Missis igitur illis, quæ ha-
bitenus consideravimus, ad posterioris hujus partis elabo-
rationem jam me converto, nempe ad

CAPUT II. *DE JURE CIRCA PROTECTIO- NEM ENCÆNIORUM.*

I.

SUPRA cap. I. memoravi, tempore Encæniorum non tan-
tummodo perstrenuas haberi potationes, unde oriun-
tur ebrietates, ebrietas autem concitata, quæ nihil
moderabile suadet, non modo jurgia, rixas, digladiationes,
aliorumque armorum congressus ministrat, sed & pessimi
ſepe ibi convenient homines & nebulones, omnia mala co-
gitantes & perpetrantes, quibus malitiis verò, cùm non sit
indulgendum, sed illis potius occurrentum, *Can. fides apo-
stolica. XV. X. de reſcript. Leg. XXXI. §. 1. ff. de Rei vindic. AND.
GAIL, Lib. I. Obs. XXXI. num. 4. & obs. LXX. num. 21.* & nulli
magis convenient salutem reipublicæ tueri, quām summo Prin-
cipi, nec alius ei rei sufficere possit, *text. in Leg. III. pr. ff. de Of-
ficio. preſet. Vigil.* Hinc Dominorum superiorum officium po-
ſtulabat, homines ibi commorantes defendere, & malis me-
tuendis obviam ire, exorta verò coērcere. Quod defensionis
jus postmodum in tantum excrevit, ut progresiu temporis
certa quādam Encæniorum protec̄tio constitueretur, quām
singulari nomine nunc nominamus *Kirchweyh/Schutz/*
vid. HENR. LINCKEN *cit. disput. part. III. num. 12.* Quā de
nunc pluribus.

II. Primò autem omnium, dum de protectione Encæ-
niorum sermonem instituo, videndum erit, cui competit
protectione Encæniorum? circa hanc quæſtionem Doctores
valde controvertunt. PETR. LEOPOLD ad Arumæum vol.
2. Disq. XXIV. quæſt. IV. attribuit protectionem Encæniorum
Domino

Domino centenæ universalis vel omnigenæ , quæ omnium omnino , etiam leviorum delictorum animadversionem indistinctam complectitur , arctissimamque cum superioritate territoriali conjunctionem habet . Ait CHRIST. BESOLDUS *conf. III. tit. III. fol. 131.* & RUTG. RULANDUS *de Commiss. & commissionib. part. IV. lib. II. c. XVI n. 32.* illam ad Dominum meri Imperii den Graisch . Herrn restringunt . Contra PHIL. KNIPSCHILD *de jur. & privil. Civit. Imper. Lib. II. cap. XV. n. 157.* & de Nobilit. Lib. III. cap. II. num. iii. ibique allegati Domino territoriali adscribunt . Alii ut MART. MAGERUS à Schönberg *de Advocat. armat. cap. XV. num. 108.* HENR. LINCKIUS *disp. de Centen. cap. III. §. 22.* & de Encanis part. III. n. GEORG. HERPFER *disp. de Controv. Jurisd. Dec. II. qu. VII. ANT.* GUIL. Ertel in aur. prax von der Niedergengerichtbarkeit *Cap. V.* obs. I. CASP. MANZIUS *decis. palat. decad. X. quest. XCI. n. 25.* CASP. KLOCKIUS *de Evario Cap. C. num. 3.* ibidem CHRIST. PELLERUS in annot: Domino Vogthejæ , seu inferioris Jurisdictionis adnumerant . Rursum alii , ut GEORG. LUD. LINDENSPUR , *de Imp. & fam. success. Cap. XXXVII. num. 14.* distinguunt inter Vogthejam superiorem & inferiorem , adeò ut protec̄tio Encaniorum saltem competat Vogthejam superiorem die Ober. Vogthejæ habent , & quæ secundum ANDR. KNI- CHEN *de Jur. Territ. Cap. IV. num. 344. & 402. seq.* simul Jus territorii absque centena , ad eamque pertinentibus respicit , & à P. M. WEHNERO voc. Vogtthey describitur , quod sit , cum Princeps , vel etiam plures , quandam Praefecturam lege feudali & territorij jure , mit aller Landz. Fürstl. und hohen Obrigkeit und hohen Bottmäßigkeit concessam habet . Iterum alii , & ex his HENR. HILDEBRAND , *Prof. Altdorff. Disp. de Ju- risdič. Univers. Cap. VI. Pos. XI.* distinguunt inter causas civiles & criminales , ita ut circa causas civiles Domino Vogthejæ ; circa causas vero Criminales Domino centenæ competat Encaniorum protec̄tio . Et tot ferè sunt Doctorum circa hanc Doctrinam opiniones , quot constituantur Jurisdictionum species . Quid igitur circa pugnantes hosce Doctores sit statuendum , difficile forsitan cuidam videbitur asserere , mihi tamen,

tamen, salva semper illorum autoritate, illa doctrina verisimiliter videtur, quâ Encænorum protectio Domino territoriali attribuitur, tum quia 1) protectio Encænorum consistit in tuitione & defensione, hæc vero, per paulò antè tradita, ad solum summum Principem pertinet, unde etiam protectiones & defensiones de potioribus juribus Jurisdictionis & superioritatis territorialis dicuntur, & jurisdictione plena protectionis nomine continetur, juxta BALDUM in L. 1. num. 6. C. si quac. pred. potest. imo superioritatem nihil aliud esse, quam protectionem, ratione jurisdictionis competentem, tradit JAC. MANDELL. ALBANUS Conf. LXII. num. 20. & 40. sic que quod prædicatur de genere protectionis, debet etiam prædicari de singulis ejus speciebus, per regulam Philosophorum à JCTis receptam. Tum quia 2) ejus est protegere, cuius est instituere & abrogare Encænia, per notor. jam autem solidis illis competit institutio & abrogatio Encænorum, qui sunt Domini territoriales, per supra Cap. I. dicta; tales vero non sunt Dominus meri Imperii, der Fraisch. Herr / nec Dominus inferioris Vogthejæ der Unter. Vogt hev. Herr. Non Dominus meri imperii, quia ejus dominatio refertur sicut ad causas criminales, non ad personas & terram, cum ejus jurisdictione etiam sine territorio, vel ex certo pacto, confuetudine, vel alio titulo exerceri, nec dicitur potest, quod sibi sint homines, ac vulgariter non habetur pro domino, nisi largo modo & in casu delicti tantum. HENR. à ROSENTHAL de feudis cap. VI. conclus. LXXXV. num. 10. CASP. KLOCKIUS vol. I. conf. X. n. 91. seq. hincque nec insignia sua, qui jurisdictione criminali solum potitur, muris, portis, turribusque apponere potest. vid. G. L. LINDENSPUR ut. disp. cap. XXXIII. de bassi. seu infer. jurisdiction. n. 2. seq. ubi num. 4. ex CAPYCIO in suis add. ad dec. XXVII. n. 45. egregium huic quadrans exemplum allegat, in consilio nempe Neapolitano decisum fuisse, Baronem causas criminales tantum habentem in loco, cuius jurisdictione est alterius, non posse vexillum suum tempore nundinarum extendere in turribus vel aliis locis. Nec etiam territorium habet Dominus inferioris Vogthejæ, quia hæc,

hæc , teste PAUL. MATTH. WEHNERO cit. voc. **Vog-**
they/ non principatus aut territorii jure confertur, sed supe-
rioritate & imperio semper salvo competit, & catenus per-
mittitur , quatenus est concessa vel præscripta. Cùm itaque
protectione Encaniorum ob territorium Domino territoriali
competere debeat, hinc doctores , qui inferioris Jurisdictionis
Dominis protectionem Encaniorum eam ob causam at-
tribuunt, quia nostris moribus eo ventum est, ut pœnarum
multarumque compendia inter fructus jurisdictionis sim-
pliciter numerentur, ita ut illis quoque Magistratibus, qui
regalia non habent, competant, egregiè falluntur, maximè
cum 1) falso sit, quod pœnarum multarumque compen-
dia inter fructus Jurisdictionis inferioris simpliciter nume-
rentur, nam quis ignorat? diversitatem jurisdictionum, di-
versos & separatos quoque producere fructus , atque hos
ipsoſ unicuique competere, prout hanc vel illam jurisdictionis
speciem quis exercet. CASP. KLOCKIUS de Contribut.
cap. I. §. 230. seq. P. M. WEHNER voc. **Vogthey** / atque
sic aliquando esse meri imperii, aliquando mixti, aliquando
simplicis jurisdictionis, aliquando de regalibus. vid. pluri-
bus THEOD. REINKING. Lib. II. cl. II. cap. XVII. n. 59. seqq.
Deinde protectione Encaniorum non solum versatur circa
multarum compendia, sed & 2) circa exactiones vectigal-
ium & gabellarum, pro permissione & protectione Encanio-
rum, qua vectigalia tamen juri territoriali adhærent, & sunt
superioris & sublimioris dominii & eminentiæ symbola, juxta
PHIL. KNIPSCHILD diet. tract. de Nobilitate Lib. III. c. II. n. 115.
seqg. Imò etiam si concedatur , hæc omnia esse fructus jurisdictionis & ad magistratum inferiorem pertinere, ut ex usu
quarundam terrarum ita obtainere, quidam doctores defen-
dunt, tamen inde non sequitur 3) ergo pertinet etiam Juris-
dictione & protectione ipsa ad magistratum inferiorem. Aliud
enim sunt fructus jurisdictionis, aliud jurisdictione ipsa arg.
Leg. LXVI. §. fin. ff. de jur. dot. & in uno eodemque loco unus
jus percipiendi fructus & multas, alter vero jurisdictionem
ipsam possidere potest CASP. KLOCKIUS vol. I, cons. L, num.

219. Sicuti etiam notum est, unum jurisdictionem, alterum pagum & emolumenta habere posse. G. A. STRUV. *Synt. Jur. Feud. cap. VI apb. X. num. 4.* SAM. STRYCK. *Exam. Jur. Feud. cap. IX. quest. XV.* imò 4) protectione Encaniorum versatur circa securitatis præstationem ipsam, quæ neutiquam vogthejæ inferiori adscribitur, sed pars jurisdictionis, seu territorii dicitur, & est regale symbolumque superioritatis, solisque competit Statibus Imperii. vid. P. M. WEHNER. *voc. Glaid.* Nec etiam est, quod 5) CASP. MANZIUS *supr. cit. loc. num. 25.* & cum eo CHRIST. PELLERUS *ad Casp. Klockii tract. de Arario Lib. II. cap. C. n. 3.* dicant, auctum protectionis tantum consistere in dem Fried. Gebott, basia jurisdictioni annexum, nam præconium illud pacis ad baslam jurisdictionem pertinere nondum est expeditum, & rectius domino superiori à CHRIST. BESOLDO *conf. III. tit. X. fol. 131.* CHRIST. LUD. DIETHERRO *in add. ad Besoldi Thes. tract. voc. Fried. in fin.* RUTG. RULANDO *de Commiss. part. I. Lib. III. c. X. n. 2. fol. 181.* aliasque adscribitur. Hæcque, quæ supra dixi de protectione Encaniorum, verissima quidem sunt, ast cum observantia & moribus quarundam regionum jam eo ventum sit, ut etiam Domini Vogthejæ inferioris, imò plane extranei, neque jurisdictionem superiorem neque inferiorem habentes Encaniorum protectionem exercere possint; Hinc ad observantiam & consuetudinem cujusque regionis jam est respiciendum, nec amplius rotunda regula comprehendi potest, cui protectione Encaniorum competit. Interim tamen semper pro regula habendum est, quod, si Dominus territorialis, cum Domino Vogthejæ jurisdictionis circa protectionem Encaniorum litiget, tunc, ob generalem pro Domino territoriali in hujusmodi ad Politiam spestantibus causis præsumptionem, pro illo in dubio semper sit judicandum, ut excellentissimus JCtus sub nomine GERMANI PHIOPARCHI tegens in absolutissimo informatorio suo juridico officiali *part. I. tit. XL. §. XI.* tradit.

III. Ad aliam, huic quæstioni proximam nunc me conservo, an nimirum plures esse possint protectores Encaniorum?

rum? Hæc sine omni hæfitatione est affirmando, sicut enim non solum plures Jurisdictionem territorialem eamque civilem & criminalē exercere, sed & duobus pluribusve in tertii territorio, cum Domino territoriali quædam jura & regalia ita competere possunt, ut ea Dominus territorii jure ordinario, terius verò jure singulari habeat, prout doctores passim docent; sic nihil prohibet, quin protectione Encaniorum duobus vel pluribus quoque competere possit; Et quidem vel CONCURRENTER, ubi unusquisque protectionem Encaniorum per præventionem separatim & citra condominium exercet, vel CUMULATIVE; ubi pluribus ut universis exercitium protectionis complexivè pro partibus indivisis competit, qui in specie dicuntur condomini. Notanter autem dixi pro partibus indivisis, quia hoc in casu, ubi protectione est communis, singuli hanc separatim exercere nequeunt, tum, quod protectione Encaniorum consistat in jure, jura vero, tanquam incorporabilia, quoad suam substantiam, secus quoad emolumenta, non sint dividenda, arg. §. un. Inst. de reb. corp. & incorpor. tum, quod unius ejusdemque rei dominium penes duos vel plures in solidum, eodem respectu & habendi modo esse nequeat, ut de communione dominii testantur Lex XIX. ff. commun. prædior. Lex. II. ff. de servit. Lex. I. Cod. commun. divid. Lex. II. C. de Com. reb. alienand. De communione servitutum Lex. XIII. §. 3. ff. de Usufr. Lex. XIX. ff. de servit. rust. præd. Lex. XIX. ff. si servit. vindic. & de communione Jurisdictionis ULR. THOM. LAUTERBACH dis. inaug. de condom. territ. qua cum superior. con- juncto, aliisque plures. Et certe non minus absonum esset, duas Encaniorum protectiones in eodem statuere loco, eodem respectu & habendi modo, ac teste LAUTERBACHIO cit. dis. cap. VII. th. IX. p. 117. absonum est, duas superioritates in eodem statuere territorio.

IV. His ita consideratis, paucis jam docendum erit, quomodo protectione Encaniorum acquiratur? Et acquiritur primo cum territorio, tanquam accessorium, si nimis illi adhæret, & aliae circumstantiæ aliam interpretationem non suadent,

fiudent, 2) pér specialem concessionem, sive fiat per modum privilegii, sive per investituram, sive per donationem, sive per alium contractum, 3) per præscriptionem, sicuti enim omnes res sive sint corporales, sive incorporales præscribi possunt, *Leg. fin. C. de long. tempor. prescript.*; ita nihil prohibet, quin etiam protec^{tio} Encaniorum præscribi queat, quia hæc non minus ac alia jura & jurisdictiones hodie sunt in commercio & existunt patrimoniales. Requiritur autem ut præscribens habeat a) bonam fidem, *pr. Inf. de Usucap.* b) possessionem continuatam, *Leg. III. ff. de Usuc. Leg. II. & ult. C. de prescript. long. tempor.* c) justum titulum *Leg. IV. C. de long. temp. prescript.* si à non Domino, seu bonafidei possessore, quem quis Dominum esse existimavit, protec^{tio} alicui sit constituta, & contra Dominum ignorantem præscribatur *Leg. ult. infin. C. de prescript. long. tempor.* nam si contra Dominum verum scientem & patientem, aut prohibitioni alterius acquiescentem præscribatur, non opus est titulo, sed tunc d) scientia, patientia & acquiescentia illius sufficit, quæ loco tituli sunt *Leg. II. C. de servit. Leg. X. si servit. Vindic.* & si verus titulus hoc casu adesset, non opus foret præscriptione, sed protec^{tio} mox esset acquisita. Denique e) id tempus legitimum sit præterlapsum, quod à doctoribus in causis jurisdictionum exigitur. 4) Acquiritur etiam protec^{tio} Encaniorum per observantiam, quia enim observantia est origo & causa Jurisdictionis aliorumque jurium, & multis sape casibus tribuit jurisdictionem ei, qui alias eam non possidet, habetq; vim derogativam, interpretativam & limitativam, merito illi insistendum erit CASP. ZIEGLERUS ad Calvol. §. *Landfasit limit. num. 20. seq.* & 5) acquiritur omnibus aliis modis, quibus alias jurisdictione acquire potest.

V. An vero privatus jus protegendi Encan^{ia} per antercentios modos acquirere possit? questionis est. Et respondetur, quod jure proprio & ex sua persona non possit; quia enim protec^{tio} Encaniorum est potestas defendendi & in facinerosos animadvertisendi, hæc vero in privatis, qua tabulis, non potest residere, tum, quod defensio cum armis sape

sæpe sit conjuncta, tum, quod ultio & vindicta, quæ cum
pœna coincidunt, præsupponant Imperium & potestatem
cogendi, & invitis quid infligendi: quæ jura vero solis ma-
gistratibus competant, ne majoris tumultus faciendi occa-
sio detur *Leg. CLXXXVI. ff. de Reg. Jur.* Ergo illud jus prote-
gendi Encænia nec privatis potest concedi *arg. Leg. III. C. de*
jurisdic. quod enim quis non potest habere, illud illi frustra
conceditur, *per notor.* nisi dixeris per modum mandati, ut
ministro & medio quodam, per quod superior protectionem
suam explicat, quo casu verò iterum non ut privatus, sed
qua persona publica exercet. Et quia præscriptio est instar
privilegii & concessionis, nec non tralatitium est, omne jus,
quod per modum privilegii & concessionis potest concedi,
illud etiam per præscriptionem potest acquiri, *cap. preter ea.*
XXVI. X. de V. S. BARBOSA & TABOR in loc. commun. ju-
rispr. Lib. XIV. cap. LXXXV. ax. XXVII. & contra quicquid est
præscriptibile, illud etiam est cessibile, THEOD. REIN-
KING de Reg. sec. & eccl. Lib. II. cl. II. c. XVII. n. 37. seq. Ergo
nec jus protegendi Encænia à privato potest præscribi, ut de
Jurisdictione sic tradunt HENR. BOCERUS *d. V. disp. X.*
n. 71. LUC. de PENNA in Leg. VIII. C. de divers. offic. & appar.
Jud. aliquie, cum alias ex hujusmodi præscriptione nervus pu-
blicæ disciplinæ rumperetur, arg. Cap. V. X. de consuet. Et
quia protectio Encænorum neque privato potest concedi,
neque à privato præscribi, observantia verò & consuetu-
do, habent vim privilegii. P. M. WEHNER. *voc. Herkomm-*
en/ ibique allegat. nec non, largo licet modo, appellantur
præscriptio, & à doctoribus sèpius pro uno eodemque su-
*muntur, vid. HARTM. HARTMUNNUM *Lib. II. observ. V.**
n. 1. FRID. PRUCKMANNUM de Regalibus rubr. cap. V. n. 99.
ideoque nec observantia à privato potest acquiri, cum, quid-
quid prohibitum in termino, illud etiam prohibitum in via.
Et sanè si observantia posset acquiri, ut de jurisdictione non-
nulli statuant, certè dicendum esset, quod etiam concessio-
ne & præscriptione posset acquiri, quod tamen non solum
contra supra allata principia, sed & contra illos ipsos esset.

Nec ullam rationem diversitatis hactenus inveni, nec mihi
imaginare possum, cur Jurisdictio observantia, non vero
concessione & præscriptione acquiri possit, quod enim à docto-
ribus de observantia traditur, eam tribuere jurisdictionem
alias non habenti, id non eo modo est intelligendum, ac si
etiam privatus eam acquirere possit, quemadmodum inter
ceteros PHIL. KNIPSCHILD de Nobil. Lib. III. c. III. n. 602.
male sic infert, sed eum habet significatum, quod per obser-
vantiam jurisdictione à persona extranea, habili tamen ad Ju-
risdictionem acquirendam, adversus alium eam habentem
acquiri, & in hunc jurisdictione etiam citra territorium trans-
ferri possit; quemadmodum etiam protectio Encaniorum
quandoque à plane extraneis, teste experientia, exercetur.

VI. Hucusque de acquisitione protectionis Encaniorum,
nunc paucissimis etiam de forma & effectu exercen-
di Encanria dicendum est. Cui igitur protectio Encaniorum
competit, ille ante celebrationem illorum, eam per of-
ficiales suos publicè proclamare, & in viis diversoriisque pu-
blicis illius loci, vel per solos servos prætorios die Ampt-
Knechte, vel secundum quorundam locorum observantium
cum tympanistis tibicinibusque & armata manu proclama-
re curat, teste HENR. LINCKEN cit. disp. part. III. num. 12.
P. M. WEHNERO voc. Kirch Weyh / ibi: Das man zu
Eingang und Anfang der Kirch Weyhen den Kirchweh Schuß
mit Trommel und Pfeiffen und gewehrter Hand ausrufen läß-
set. Dein adpetitionem rusticorum concedit protector En-
caniorum Chores & saltationes, aleas, omnium generis lu-
sus, sie vergnüglichen Tanz zu halten, Bäume aufzurichten, den
Scholter, Platz zu machen, Spiel, Fische, Glucks, Hassen,
Markt, Schreier, Comœdianten zu dulsen. PHIL. KNIP-
SCHILD. P. M. WEHNERUS, CHRIST. BESOLDUS
cit. loc. Huc pertinet etiam ORDINATIO BRANDEN-
BURGO-ONOLDINA, vulgo Amptis Ordnung, cit. VI.
§. Die Kirch Weyhen sollen erstlich unsere Amptis Dies-
ner, an denen Orten, wo wir sie hergebracht, jederzeit zu
recht bestellen, das Fried Gebott öffentlich ausrufen/
mit

mit sondern Ernst darob halten lassen / und daß die Vers
gönstigung des Tanz- Platzes / Riegel / und anderer Spie-
le bey unsren Beampten jedesmahl gebührlich gesucht /
die Verbrecher darum hergenommen und gestrafft wer-
den. Quomodo autem protectio Encaniorum & praconi-
um pacis proclametur , id ex sequenti in Burggraviatu No-
rimbergensi inferiori usitata , & ab amico quodam mihi com-
municata formula intelligi potest : In Nahmen des Durch. “
leuchtigsten Fürsten und Herrn/ Herrn Wilhelm Friederichen/ “
Marggrofen zu Brandenburg / Herzog in Preussen / zu Mag. “
geburg / Stettin / Pommern / der Lassuben / Wenden / zu “
Mecklenburg / auch in Schlesien und zu Grossen / Burggraf. “
sen zu Nürnberg / Fürsten zu Halberstadt / Minden / Camin/ “
Wenden / Schwerin und Räzeburg / Graffen zu Hohenzol. “
lern und Schwierin / Herrn der Lande Rostock und Stargard/ sc. “
Dann des Reichs Frey - Hoch - Wohlgebohrnen Herrn N. N. “
Frey - Herrn von N. Ober - Amtmanns zu N. Dann des “
Wohl - Edel und Rechtsgelehrten Herrn N. N. Vogts und “
Richters sc. Ihr Herrn es wird Euch auf diesen Kirchweyh. “
Tag angedeutet / wo ein oder zwey bey einander seyn / die ei- “
nen Neid auf einander haben / daß sie es in solchem Kirchweyh. “
Tag bey Straff s. sc. nicht sollen austragen ; Ihr Herren “
man läßet Euch auch verbieten / das Fluchen / Schwehren / “
und Goitslästern ; Rauffen / Schlagen / Hauen / Stechen / “
Schiesßen ; Alle verborgene Gewehr und Waffen / die ich alle “
auf diesen Tag nicht erdencken und melden kan ; Ihr Herrn “
man läßet Euch auch verbieten den Schlaiffers . Danz bey “
Strafe s. sc. Ihr Herrn dabey wird Euch über g. Tag aus “
gerussen der Hahnen . Danz / darzu Ihr alle freundlich einge. “
laden seyd sc. Imo quibusdam in locis solent protectores
Encaniorum Choreis & saltationibus semetipso immiscere,
sie pflegen die Tänze mit auszuführen / qua tripudia tamen
potius sunt civilis jocus , quam jurisdictionis actus , ut
CHRIST. PELLERUS in annot. ad Casp. Klockii tract. de Aer-
rio lib. II. cap. C. n. 5. & CASP. MANZIUS quest. XCI. num. 20.
ex GEORG. EVERHARDI vol. I. conf. LXI. num. 98. § 99.

bene annotarunt. Item habent protectores Encæniorum jus depromandi & divendendi vinum cerevisiamque , nec non omnibus inconvenientiis obicem ponunt, fontes puniendo, in fontes defendendo, quibus de infra plura, & propiciando , ne subditi ab exteris ad Encænia confluentibus mercatoribus, mensurâ ac pondere defraudentur, quo sum reddit ORDINATIO POLITICA BRANDENBURGO-BARTHINA tit. XIX. S. Darauf dann auch die Amtleute / Castner / Vogte / Richter / Bürgermeister und Schultheissen / Amts halber ausmercken / und den Kirchweyh - Schutz / jedoch ausser überflüssiger Zehrung / wo es Herkommens / fleißig besuchen / und dabey den Tanz und Spielleute / über ob bestimte Zeit nicht verstatten / auch auf die ausländische / umstreichende / und unangefessene Krammer / und dergleichen fremdes Gesinde / acht haben sollen / damit solche das arme unverständige Bauers / Volck nicht mit unrechtem Gewinze / verfälschten Wahren / und ungerechtem Gewichte / Elm und Maß betrießen mögen.

VII. Et quia superiores protectionem Encæniorum per suos officiales, durch ihre Beampte suscipiunt, hinc de horum officio quædam hic inserere haud in utile esse duco. Incumbit autem illis, ut eam omni vigilantia exerceant, & ipsimet illis intersint, ut ex dictis ordinationum locis, aliasrumque provinciarum legibus atque statutis constat, nec ad placitum alios mittant, cum eorum industria electa sit, qua diligentibus invitis immutari nequit, Leg. XXXI. ff. de foliis. Leg. IX. C. de Excus. munera. Si vero ob morbum, vel aliam justam causam ipsimet Encæniis interesse impediuntur, curæ habeant, ne homines imperitos, sed ut capaces & autoritatem habentes substituant, & sic omnem etiam præscindant occasionem, quâ Dominus protectionis jure in suo acquisito à viciniis minus disturbetur. Qua de re iterum notabilia sunt verba ORDINATIONIS BRANDENBURGO-ONOLDINÆ , vulgo Amts- Ordnung / cit. tit. XI. S. Und wann zum dritten bisher durch unsere Verwalter / Castner / Vogt / Richter und Schultheissen die Kirchenweyh - Schutz gehalten

gehalten werden / sollen sie das forthin ebenmäig zu thun schuldig seyn / und nicht ihres Gefallens daheim bleiben / oder an ihre Stelle nur schlechte und unverständige sondern / da sie erhebliche Verhinderung hätten / desselben Orts Vogt / Richter / Gegen-Schreiber oder eine andre qualificirte Person / (doch mit wenigsten Unkosten) abordnen / damit uns um so viel weniger Eintrag / oder Abbruch an unsern Rechten geschehen möge.

VIII. Cum etiam protectio Encanitorum quibusdam in locis sit contentiosa, tunc officiales operam dare & diligentiam adhibere debent, ut alteri parti semper præveniant, & sic semper sint in possessione, quia in pari causa potior est is, qui possidet, possessio etiam per præventionem tuetur, imo beati semper sunt possidentes, & melius est prævenire quam præveniri, secundum notoria. Si vero pars adversa jam prævenit, tunc huic primò omni modestia est demonstrandum, sibi vel suo Domino non alteri jus hoc competere, nec statim ad arma est deveniendum, sed omnia prius sunt tentanda, quam ad arma procedatur. Et si admonitionibus & demonstrationibus locum non relinquat pars adversa, sed VI INJUSTA procedat, tandem de facto potest resisti, quia vim vi repellere licet Leg. III. ff. de Jus. & jur. & iur. iii. ff. de VI & vi armat. & melius est praefenti malo nascenti occurrere, quam post vulneratam causam remedium querere, Leg. ult. in fin. C. in quib. caus. in integr. resist. necess. non est. Vel, si pars adversa potentior, & hinc jus suum, dicto modo, intactum quis servare nequit, potest ille protestari & actui hujusmodi violentio contradicere, quia protestatio conservat jus protestantis illasum, Leg. VIII. §. 6. ff. de Nov. oper. nunc. Leg. XX. ff. de acquir. hered. & collocat cuique jus suum in tutto Leg. I. §. 1. ff. quib. mod. pign. solv. Hicque processus etiam in supra landata ORDINATIONE BRANDENBURGO-ONOLDINA, c. l. §. 2. prescriptus legitur, cuius verba sic sonant: Zum andern im Fall aber etlicher Orten solcher Kirchweihen "Schutz stättig" alsdann sollen sie Fleiß vorwenden / damit sie "die Unserigen hierinnen dem andern Theil jedesmahl vorkommen" men / oder da schon die andern che bey der Hand / dieselbe mit "guter

„guter Bescheidenheit davon abtreiben / die Unserigen wören
„ihnen dann hierzu zu schwach / so mögen sie darwieder protesti-
„ren / solchen Actum wiedersprechen / und es hernach an Uns /
„oder unsre Hoff-Näthe in Schriften berichten.

I X. Prælibavi paulo ante jura Protectoribus Encæniorum competentia , ut igitur illa absolvam , nunc de iis pleniū quādam dicenda veniunt. Dixi autem inter cetera , Prosectori Encæniorum competere jus depromendi & divendendi vinum cerevisiamque . Et sic tenent omnes Doctores , qui tamen simul affirmant , multis in locis non solum per conventionem hac limitatione remissum esse pagis atque villis , ut quotannis certam pecuniæ summam persolvant , quod Bann Wein Geld vocatur , quā solutā ipsos pagorum scultetos & communitatē vinum & cerevisiam præbendi & divendendi facultatem habere , sed & non paucis in locis ex antiqua consuetudine inolevisse , ut non modò Domini territorii Vogthejam jurisdictionem habentes , so die Vogthey auf den Gassen haben / sed alii in certis tantum praediis jurisdictionem exercentes , initialibus dedicationis diebus jus depromendi & divendendi vinum habeant.

X. Movenda autem hoc loco quaſſio , an nempe his , qui in Encæniis jus depromendi & divendendi vinum & cerevisiam habent , etiam gabella vinaria , vel cerevisaria , das Umgeld / illo tempore competitat , an verò Domino Jus gabbellarum alias & extra Encænia habenti , sit solvenda ? Si gabellæ & accisæ accessorium hodie essent juris tabernarum , & secundum AUTOREM TRIFOLII dreyer Send Schreiben / num. 2. über die Frag Juristabernarum pag. mibi 6. §. also daß obbemeldte Stücke ic. & seq. (quod ANT. GUIL. ERTELII praxi aurea de Jurisd. inferior. civil. & baf. annexum reperitur) solutio hujusmodi accisæ pro arguento terminorum convertibilium haberetur , ita , ut hoc modo argumentari liceat : habet jus colligendi gabellas & accisas , ergo habet jus tabernarum , & vice versa : habet jus tabernarum , ergo habet jus colligendi accisas , sane generaliter dicendum videretur , quod & gabella vinaria iis competitat , qui initialibus

bus dedicationis diebus depromendi & divendendi vinum
jus habent, cum accessorium sequatur suum principale,
cap. XLII. X. de Reg. Jur. in bto. Ast, illa ratione non obstan-
te, mihi contrarium concludendum esse placet, quod ni-
mirum Domino jus gabellarum alias habenti, gabella etiam
hifce diebus competit: five enim illis jus depromendi ac di-
vendendi vinum cerevisiamque aut ex certo pacto & con-
ventione, aut præscriptione, aut alio quodam titulo singu-
lari competit; semper tamen hujusmodi acquisitiones ultra
suos limites non sunt extendenda, jam autem, si ex con-
ventione habent, notum est, quod pacta sui natura sint stri-
cti juris, nec super una re interposita ad aliam rem extandan-
tur *Leg. XXVII. §. 4. ff. de past. Leg. IX. §. fin. ff. de transact.* sed
quod verbis non continetur, pro omisso habeatur. MATTH.
WESENBEC. *tom. II. conf. LI. num. 328.* CARD. TUSCHUS
Lib. V. concl. LXXXIX. num. 2. ERNEST. COTHMANNUS
vol. II. conf. LXXIV. num. 2. si vero ex præscriptione habent,
eadem sunt dicenda, qua de pactis protuli, præscriptionem
nempe esse strictissimi juris, *cap. auditis XV. de prescript.*
WESENBEC. *tom. I. conf. XXXIV. num. 2.* nec præscriptionem
in uno, extendi ad reliquum, *cap. cum contingat XXIX. X. de*
decimis, cap. cum olim XLIX. X. de prescrips. Nec refert, quod
ex citato autore trifolii recensui. Nam jus exigendi gabel-
las non est accessorium juris tabernarum necessarium, quod
venit in necessarium consequentiam ipsius principalis, id
quod per ipsummet autorem optime probatur. Sic enim
ille in §. præcedenti scribit: So ist doch das Jus tabernarum“
bisher bey dem mixto imperio im Land Francken geblieben“
und wo der Landsassius in vigore, bey der Land-Stände“
hergebrachter Jurisdictione simplici. Et post §. sequenti pro-
fert hæc verba: Im Land Chur-Bayern / Chur-Sachsen /“
Chur-Pfaltz / und wo am Ende der Landsassius floriret /“
so gebühren solche Gabellen und Accise ordinarie dem Domi-“
no territorii, auf der Ingesessener Land-Stände tasernen“
und dero Leut und Beständner / non obstante, quod in & er-“
ga suos gaudeant jurisdictione simplici, wie das notorium“

D

und

„und hierüber keine Frag / noch Wieder-Ned. Ex quibus
 jam, si hæc dicta conjunguntur & benè ponderantur, haud
 difficile est colligendum, quod, licet Landsassii simplicem
 jurisdictionem illis in locis habentes, possint quidem habe-
 re tabernas, nihilominus tamen Dominis territorialibus com-
 petant gabellæ & accisæ, & quod consequenter jus taberna-
 rum & gabellarum non sint termini convertibiles, neque ga-
 bellæ necessarium accessorium juris tabernarum. Et licet
 hic urgeri possit, illis in locis speciale quid esse, quod jus
 exigendi gabellas soli competit summo Principi, & inter re-
 galia referatur, in Franconia verò partibus plerumque ad
 Dominum Jurisdictionis inferioris, der Vogttheyllichkeit/ per-
 tinere, teste P. M. WEHNERO voc. Umbgeld; inde tamen
 hoc saltem (quo de autem nunc non dispuo) sequitur, hisce
 in terris Vogtthejam Jurisdictionem habentes posse etiam
 colligere gabellas, sed non sequitur, quod in Franconia
 partibus jus exigendi gabellas accessorium sit juris taberna-
 rum necessarium, & quod illud cum jure tabernarum sem-
 per competit, cum id non solum particula plerumque in-
 digitat, quod à doctoribus saepè pro nonnunquam & interdum
 usurpatetur, ut venit in Leg. II. & III. ff. de paßl. Leg. XLIII. §. II. ff.
 de furt. & denotat exceptionem & regulam esse in contrari-
 um, ut in Leg. LX. & CXCV. ff. de Verb. signif. occurrit, & ab
 AND. TIRQUELLO de retratt. §. I. gl. IX. num. 224. an-
 notatur; sed & multis Franconia etiam in locis testante ob-
 servantia, rerum magistra, jus exigendi gabellas ei soli, qui
 jus collectandi aliaque regalia possidet vel quasi, deme die
 Land und Reichs. Steuern sicut andern Regalien zugebren/
 competere, & notam superioritatis constituere. vid. Löwen-
 stein und Wertheimische acta contra Würzburg/ cap. XIV. §.
 mit dem Umgeld/ pag. mibi 372. Quia igitur jus exigendi
 gabellas neque tale accessorium dici potest, quod coheret
 principali, & est indivisibile à jure tabernarum, regula vero
 illa: accessorium sequitur naturam sui principalis, non pro-
 cedit in actibus, quando omnino non coheret principali,
 sed ab eo est divisibile. CARD. TUSCHUS lit. A. concl.
 LXXVII.

LXXXVII. num. 1. & concl. **LXXXIX.** num. 2. neque etiam jus tabernarum similiumque rerum, & jus imponendi gabellas termini convertibles dici possunt, inde firma manet supra posita assertio, quod licet quis jus depromendi vinum initialibus dedicationis diebus acquisierit, tamen non illico habeat jus colligendi gabellas, sed haec Domino jus gabellarum alias habent sint solvendae, nisi expresse doceatur, quod & illud vel pacto vel præscriptione simul cum jure depromendi ac divendendi vinum vel cerevisiam sit acquisitum. Atque haec de Jure depromendi ac divendendi vinum, quoad primum emolumenntum protectionis Encæniorum.

XI. Secundum commodum protectionis Encæniorum consistit in jure mulctandi ibi peccantes; jus enim hoc mulctandi in Encæniis omnes Doctores adscribunt protectori Encæniorum; Et recte, cum enim absque punitione facinorosorum protectio consistere nequeat, consequens est, quod huic juri etiam insit potestas animadvertisendi in facinorosos, tanquam medium ad finem ducens pertinensque *Leg. II. ff. de Jurisdic.* alias enim sine coercitione planè redideretur elusoria, quod vero leges non permittunt. *Leg. LXXV. ff. de Judic.* Et hanc potestatem mulctandi extendunt etiam adsubditos vicini RUTG. RULANDUS de *Commiss. part. IV. Lib. II. c. XVI. num. 34.* AND. KNICHEN de *Jure territorii cap. IV. num. 409. seq.* PHILIPPUS KNIPSCH. de *Nobilitate Lib. III. cap. II. num. 112. & de Jur. Civit. Imper. Lib. II. cap. V. num. 159. in fin.* CHRIST. BESOLDUS *Thef. præst. cont. voc. Kirchweyh/Schutz in fine aliisque omnes.* Cujus rei rationem recte profert HENR. LINCKIUS *cit. disp. de Encen. templ. part. III. num. 16.* quod alias delinquens in loco commissi delicti forum sortiatur.

XII. Ceterum notandum est, quod si tempore Encæniorum homicidia aliaque delicta graviora committantur, ut quandoque, proh dolor! contingere potest & solet, protector Encæniorum verò saltem sit Dominus inferioris & simplicis jurisdictionis, nec habeat jurisdictionem criminalem, sed haec penes tertium, qui vel Dominus territorialis, vel cen-

tenz est , resideat , tunc Protector Encæniorum delinquen-
 tem quidem capere , atque in carcerem detrudere posit , et fan-
 die Delinquenten sezen und anschliesen lassen / idque citra viola-
 tionem & turbationem centenæ , cum incarceratione illis eum in
 finem saltem permitta sit , ne criminosus ausfugiat ; quampru-
 dum tamen Domino centenæ notificare , atque criminosum
 remittere , man muß solche Delinquenten auf denen Hoffmarken
 Gränzen aushändigen / nec ultra trium dierum spacium De-
 linquentem in carcere detinere debeat , quemadmodum tra-
 dit ANT. GUIL. Ertel in aur. prax. de Jurisd. infer. Civil. & baf.
 Cap. V. Observ. III. CASP. MANZIUS Dec. palat. XCI. n. 29. CHR.
 BESOLDUS Part. III. Conf. CCXI. num. 2. Et si forte ex ratio-
 ne , quia intra hoc tempus delictum commissum Domino
 centenæ intimari , & hic facinorosum abducere potest . Si
 autem ultra hoc spacium , quo delictum Domino centenæ
 intimari & delinquens remitti potest , criminosum detinet ,
 incidit in crimen privati carceris Leg. I. in fin. C. de priv. Care. in-
 lib. &c. utendo sic carcere modo illegitimo . superiorem in cen-
 tene quodammodo turbare videtur : imo , si hujusmodi Encæ-
 niorum Protector delinquentem plane remittere detretat ,
 & aliunde , ubi Protector Encæniorum Jurisdictionem Cri-
 minalem habet , ducere ibique punire cupit , potest Dominus
 centenæ delinquentem etiam ex loco illo eximere , nec dicen-
 dum est , quod turbationem committat , cum nemo jus su-
 umtueri prohibeatur , nec in eo tuendo vim inferre censea-
 tur , Leg. XXVI. ff. de damn. inf. Leg. XIII. §. 1. ff. de Injur. AND.
 GAILII Lib. I. Observ. CXLV. num. 1. & 3. denique scien-
 dum , si à Domino meri Imperii in causa criminali pena pe-
 cuniaria delinquenti infligatur , quod illa non ad Dominum in-
 feroris jurisdictionis protectionem Encæniorum habentem ,
 sed ad Dominum centenæ exigenda pertineat , quia levis et
 iam mulcta pecuniaria , qua pro delicto imponitur , refertur
 ad merum Imperium & de mero imperio est , hincque Domi-
 no meri Imperii competit . AND. GYLMAN. Suppl. Camer.
 Vol. I. Part. II. Vot. I. num. 30. ANT. GUIL. Ertel aur. prax. de
 Jurisdic. infer. Civil. & baf. Cap. XLIX. Observ. III.

XIII.

XIII. Et quemadmodum hæc, secundum tradita saltem accipienda sunt de casu, quo protector Encæniorum nullam jurisdictionem criminalem in loco Encæniorum exercendam habet; ita etiam quoad impositionem mulctæ ex causa civili scendum est, si cuidam protectio absq; superioritate territoriali ex præscriptione, vel alio quodam titulo singulari competat, vel competat quidem jure superioritatis vel Vogtheja, verum illo in loco non habeat jurisdictionem universalem in totum pagum aut villam, sed alius illic habeat Jurisdictionem superiorem & inferiorem in suos subditos, & sic districtum à Jurisdictione alterius exemptum, propriisque suis limitibus designatum, quod contingit in locis, qui dicuntur Vielherrisch/vermengt / quod tunc Protector Encæniorum nec jus mulctandi ex causa civili habeat in subditos exemptos, sed, quia unusquisque in suis pomœriis est Dominus, & jurisdictionem suo habet jure solitario, cum alterius exclusione, hinc cuique in suis pomœriis jus mulctandi est relinquendum, nec a Protectore Encæniorum ad illa loca, wo ein anderer inner Etter alle hohe und niedre Obrigkeit hat / tanquam ad territorium separatum, est extendendum, cum ejus sit ulcisci injuriam poenamque exigere, illique mulcta applicari debeat, cujus jurisdictione principaliter lata fuit, ut sua injuriæ habeat ultionem. CASP. KLOCKIUS Tom. I. Conf. L. num. 332. nec jus dicere extra territorium suum & in alterius territorio permittatur, Leg. fin. ff. de Jurisdic. iustitiz namque ordo confunditur, ubi jurisdictione sua cuique non relinquitur, c. pervenit. n. quest. 1. adeo ut in alterius territorio jurisdictionem affectans id violare videatur, AND. GAILIUS de Pac. publ. Lib. I. c. XVI. num. 27. & usurpando alterius officium injuriam ei faciat, AND. KNICHEN de Jur. Territ. Cap. IV. n. 30. Ad solam igitur plateam paganicam & ad pomeria sua, hoc casu, restringendum est jus protectionis, Sie haben den Kirchweyh. Schutz und die Freiheit. Bestrafung auf denen Gassen und inner Etters; nisi Protector Encæniorum probare queat, se ex speciali pacto, observantia, & per immemorale tempus sine omni contradicitione, etiam in alterius pomœriis semper exercuisse.

XIV. Ex hisce pertractatis , & ex superioribus jam cognitis , hic maximè nobis obvenit usus , nempe , quia protectiones Encaniorum multis in locis hodie non sunt jure territorii radicatae , & non solum Dominis inferiorem jurisdictionem habentibus , verum interdum etiam plane extraneis in alterius territorio competere , & citra superioritatis jus , ex concessione , præscriptione , obseruantia , vel alio titulo proficisci solent ; hinc neque ad superioritatem territoriale , neque jurisdictionem inferiorem , neque etiam paganicam , die Dorfss. Herrschaft / abutraque priorum distinctam , argumentari licet , idque teneo per regulam illam practicorum , quod præscriptis vel concessis quibusdam vel etiam pluribus jurisdictionum juribus non statim omnia jura acquisita & præcripta censenda sint , & quod quis multa regalia habere possit in aliquo territorio , licet ibi non habeat jus territoriale . Nec est quod dicas , si illorum partibus stabis , qui protectionem Encaniorum ad jurisdictionem inferiorem referunt , protectionem signum esse cognoscendi , der Nieder-Gerichtlichen Dorfss. Obrigkeit / nam respondetur , quod nullum infallibile & necessarium signum illius jurisdictionis dici possit , ita , ut illi , cui protectio Encaniorum competit , necessario etiam competere debeat universa jurisdictione , aut quod protectio sine jurisdictione paganica , vel haec sine illa consistere nequeat , quare etiam doctores faltem afferunt esse annexum illius jurisdictionis , quo nihil aliud indicare volunt , quam quod sub jurisdictione illa regulariter quidem , secundum illorum opinionem , comprehendatur , non vero quod jurisdictionem denotet ipsam , haec enim requirit plura , nempe omnes species jurium , & quidem in unitate , ut scil . illa plura jurium concurrant ad unum & in unum , & interventu hujus unionis ex pluribus juribus jurisdictionem arguentibus constituitur jurisdictione ipsa . vid . Diet . AUTOREM TRIFOLII sub num . 1 . pag . 12 . nec ab una specie jurisdictionis ad aliam , vel ad ipsum genus argumentari licet . RUTG . RULANDUS de Commiss . part . IV . lib . II . cap . XVII . n . 7 . CASP . KLOCKIUS tom . I . conf . XXIX . n . 330 .

XV.

XV. Sed satis de hoc , succedunt nuuc remedia , quæ
 p̄tectoribus Encæniorum contra illorum turbatores com-
 petunt. Contingit enim s̄epissime , ut in exercenda protec-
 tione Encæniorum p̄tectores à vicinis turbentur , & ius il-
 lud , quo hæcenus illi usi fuere , sibi afferant , sicque illis
 non modo ambiguam reddant possessionem , sed & P̄tecto-
 res illâ interdum plane dejiciant , hinc varia remedia adver-
 sus hujusmodi turbatores prodrat existunt , quæ vel judicialia
 vel extrajudicialia sunt. Ad extrajudicialia referuntur ju-
 sia defensio & resistentia , quæ cuivis licita est , ut turbatorem
 injustum incontinenti , de quo vide ANDR. GALLIUM de
 pac. publ. Lib. I. cap. XVI. num. 12. seq. expellere , atque sic in
 jure suo propria autoritate sibi consulere possit , Leg. I. C.
 unde vi , Leg. III. §. 9. ff. de vi & vi armat. ADRIAN. GYL-
 MAN. suppl. Camer. tom. IV. part. I. rot. XIV. num. 334. De
 quo remedio supra jam §. VIII. egi , quare pluribus hic de
 hoc agere nolo , sed ad remedia judicialia progredior; Illa
 vero iterum sunt vel petitoria , vel possessoria. Possessoria
 quod respicit , aut agitur pro retinenda possessione vel quasi ,
 & competit tunc interdielum utile ui possidetis , vi cuius tur-
 batori injungitur , ut à turbatione defistat , & competentem
 cautionem præstet , modo 1) auctor de præsenti adhuc sit in
 possessione , non vi , clam aut precario acquisita , 2) reus
 eum in possessione turbavarit , ita tamen , ut adhuc quidem
 possideat jus protectionis , sed non quiete , dejecto enim plane
 non datur , §. IV. Inst. de Interdiel. Leg. I. in pr. §. 4. & fin. ff. ui
 possidet. Leg. unc. C. eod. JAC. MENOCHIUS remed. III. re-
 tin. possif. num. 125. aut agitur pro quasi possessionis amissione
 recuperatione , & experitur vel interdielto utili unde vi , seu vi
 & vi armata , qua adversus dejicientem ad possessionis vel
 quasi restitutionem experitur , modo 1) auctor fuerit in pos-
 sessione legitima , & 2) reus auctorem dolo & violenter , vel
 saltem justo metu armorum ex possessione vel quasi dejece-
 rit , Leg. I. §. 2. & 3. ff. de vi & vi armat. Leg. III. §. 2. & 5. ff. cod.
 JAC. MENOCHIUS remed. III. recip. possif. I. num. 81. vel reme-
 diis juris canonici plenisimis , ut Can. redintegranda III. caus. III.
 qv. I.

qv. I. cap. XIX. X. de restitutione spoliat. quæ competit ex
 quacunque spoliatione, spoliato adversus possessorem
 quemcunque ad possessionis restitutionem, & requiritur ex
 parte actoris de praterito possesso, ex parte rei spoliatio
 seu dejectio de praesenti & quod reus conventus possideat,
 Dn. FRANC. ab ADNLER Jurisprud. qua publ. qua priv.
 Lib. I. tit. X. part. III. num. 12. p. m. 302. DN. REFERENS
 apud HENR. GUNTH. THULEMAR vot. Camer. rel.
 I. num. 11. JAC. MENOCHIUS remed. recip. poss. XV.
 Remedia petitoria vero quod attinet, quæ vel ob protectionem
 nem constituant vel constitutam competere possunt,
 illa sunt vel personalia vel realia. Personalia descendunt
 vel ex contractu, & tunc dantur omnes illæ actiones, quæ
 alias ex pactis & stipulationibus competit, de quibus ad-
 eundus est RUTG. RULANDUS de Commiss. part. III.
 Lib. VII. c. I. & III. vel descendant ex delicto, & datur actio
 injuriarum, arg. Leg. XIII. in fin. Leg. fin. Leg. XIV. ff. de in-
 jur. JAC. MENOCHIUS retin. poss. remed. III. num. 606.
 AND. GAILIUS lib. I. de pac. publ. cap. XVI. num. 27. Imo,
 si turbator dolum & vim, idque armata manu commiserit,
 consummaveritque, tunc non solum actione legis Ju-
 liz de Vi publica, sed &c, si coadunatis hominibus vim in-
 tulerit, ita ut speciem belli præ se ferat, fracta pacis publica,
 accusari, per REC. IMP. de anno 1548. §. I. ibi: Daß auch
 Peiner ic. INST. PAC. art. XVII. §. VI. & VII., Si vero sine
 armis vim fecerit, tunc actione legis Juliz de Vi privata con-
 veniri potest §. VIII. Inst. de publ. Jud. Leg. V. Leg. VII. & VIII.
 ad Leg. Jul. de vi privat. Remedia petitoria realia sunt actio
 confessoria & negatoria utilis, quæ moribus nostris & de praxi
 camerali ob jurisdictionem, aliaque jura, testantibus
 MATTH. STEPHANO lib. X de jurisdict. cap. XL. num. 10.
 ERN. COTHM. vol. IV. cons. I. num. 17. RUTG. RULAND.
 de Commiss. part. III. lib. III. cap. XVIII. num. 6. recepta sunt,
 siveque etiam ob protectionem Encænoriorum sine dubio com-
 petunt.

XVI. Cum autem omnis actionis vis consistat in probatione , & actori incumbat probatio , adeo ut auctore non probante , reus absolvatur ; hinc necesse est , ut quoque de modo probandi Encænia quædam adjiciam . Probatur autem i. per territorium ; Si igitur inter duos contentio est de Jure Protectionis , & alter habet territorium , alter verò est inferioris jurisdictionis vel centenæ Dominus , vel plane extraneus , nullam omnino alias jurisdictionem ibi exercens , tunc Dominus territorialis habet fundatam intentionem , quod etiam habeat protectionem Encæniorum , qui enim se fundat in toto , fundat se etiam in qualibet ejus parte . ANDR. GAI-LIUS Lib. II. Observ. LXII. num. 9. & de pign. cap. VIII. num. 6. seqq JAC. MENOCHIUS præsumpt. C num. 1. & alter in specie probare debet , sibi competere protectionem , maximè cum hujusmodi protectiones tunc vel ex præscriptione , concessione , vel alio titulo singulare saltem competere soleant , quæ verò , tanquam in facto consistentia , sunt probanda . Hæc probatio autem rdo fit per famam , potissimum in antiquis , fortius tamen ztio per scripturas & instrumenta antiqua , qto per specialem concessionem , investituram , libros jurisdictionales & actus exercitos , aliosque modos , quibus jurisdictione probari potest , de queis JOSEPH. MASCARDUS de Prob. Cond. MLV. JAC. MENOCHIUS de Retin. Possess. rem II. num. 529. aliisque videri licet . An verò ex mulctarum perceptione probari queat ? quæstionis est , & videtur quidem quod sic JOH. BRUNNEMANNO Conf. pen. num. 235. CASP. KLOCKIO Vol. I. Conf. L. num. 275. ANDR. KNICHEN de Jur. Territ. Cap. III. n. 213. cx ratione , quod effectus testetur de sua causa . Ast , cum non solum supra remonstraverim , quod quis posuit fructus , non tamen jurisdictionem habere ; ex harum perceptione nulla certa probatio evinci posse mihi videtur , & sic quoque à CASP. KLOCKIO cit. Conf. L. n. 219. scq. responsum est ; nisi in judicio possessorio & ubi incidenter tantum , non principaliter , de Dominio queratur , quorsum probatio illa Domini ex fructum perceptione ab ANT. FABRO in Cod. Lib. III. tit. XII. def. XIX. recte restringitur , cùm

alias si principalsiter, ut in judicio petitorio, de Dominio controverteretur, longe fortiores, plenissimæ nempe & concudentes exigerent probationes.

XVII. Jam de modis amittendi protectionem Encaniorum quædam dicenda essent, sed cum ex autoribus, qui de modis amittendi jurisdictionem scripserunt, facile addiscendi sint, igitur illos peragerè hic supersedeo, & sic finem facio dissertationi huic, quam pro consequendis summis privilegiis Doctoralibus intra breve temporis spatum pro tenuitate virium mearum elaborare, & eruditorum examini, more in Academiis recepto, exponere mihi licuit. Sicuti vero, quæqua scripsi, nemini aut fraudi aut præjudicio esse volo; ita si quæ bene, & ut rei veritati convenire debet, scripserim, id scriptum esse volo, si minus dignæ vel rectè, concedendum mihi esse spero. DEO TER OPTIMO MAXIMO interim pro concessis huc usque viribus & studiis sit

LAUS, HONOS ET GLORIA.





AD NOBILISSIMUM
multarumque Virtutum & Eruditionis elegantiā
præstantem

DN. RESPONDENTEM.

Est illustre Decus, si quis de stemmate claro
Prolapsus Patrum nobile nomen habet;
Nobilitate magis radiat, quem propria virtus
Ornat, dupliciter se probat esse quod est.
Sic quoquè VENNIACÆ stirpis Prænobile
germen,

TE vincit verae nobilitatis amor.
Et quamvis Patrum pretioso parta labore
TE virtus teneat, quæ tibi semper eritis,
Non tamen hoc solo quæsita scientia siflit.

Altius ingenio tendere ducit iter;
Dum Perlustrâsti, celebrasquè ENCÆNIA Juris,
Illaque defendis, quæ colit alma Themis.
Hisce tuum studium & conamina laude Decoro
Et factum hoc animo grator & ore TIBI,
Nomen at inde tuum summo innotescat & imo,
Et TIBI perpetuans gloria surgat. Amen.

In singularis affectionis symbolum
dedit

C. W. STRECKER, D. & P. P.

¶ (o) ¶

Nobilitas generis, pariterque scientia Juris
Te ex ornat; merito digna Brabéa
capis.

Hec gratulabundus apponit
Opponens

H. F. BRÜCKNER, J. U. D.
à Comm. Duc. G. L. L. H. H.

Et genus & virtus clarum, qui dignus honore
Ecce virum faciunt, nec sine laude sinunt
Apprecio omne bonum TIBI, Praestantissime
VENNE

Landibus & fama nobilitatus eris.


Ita ex animo applaudit
JOH. EL. Meier / Oppon.



Erfurt, Diss.) 1718







Z1
 1718, 25
 29
 6.
 DIVINA ANNUENTE GRATIA
 DISSERTATIONEM INAUGURALEM
 DE

JURE CIRCA ENCAENIA TEM- PLORUM,

P. 367.

Cirrh - Meyhen /

AMPLISSIMI JCC. ORDINIS PERMISSU
 IN HAC ILLUSTRI ET PERANTIQVA UNIVERS-
 SITATE ERFURTensi
 PRO SUMMIS IN UTROQVE JURE HONO-
 RIBUS, PRIVILEGIIS ET INSIGNIBUS
 DOCTORALIBUS
 RITE CONSEQUENDIS
 SOLENNI ERUDITORUM VENDILATIONI

SUBMITTIT
OTTO SIGISM. MAURITIUS
 von der VENNE,

DIE XXX. MARTII ANNO M DCC XIX.
 HORIS LOCISQVE CONSVENTIS.

KOENFRIED
 UNIVERS.
 EHALIE

ERFORDIAE,
 TYPIS JOH. HENRICI GROSCHII, ACAD. TYPOGR.

